

flet [*ecl.* V, 20] inter cetera studia medicinae quoque ac maxime mathematicae operam dedit. egit et causam apud iudices unam omnino nec amplius quam semel. nam et in
 50 sermone tardissimum ac paene indocto similem fuisse Mellissus tradidit. poeticam puer adhuc auspicatus in Ballistam ludi magistrum ob infamiam latrociniorum coopertum lapidibus distichon fecit:

‘monte sub hoc lapidum tegitur Ballista sepultus;
 55 nocte die tutum carpe viator iter.’

deinde catalecton et priapea et epigrammata et diras, item cirim et culicem, cum esset annorum XXVI. cuius materia talis est: pastor fatigatus aestu cum sub arbore obdormisset et serpens ad eum proreperet e palude, culex provolavit at-
 60 que inter duo tempora aculeum fixit pastori. at ille continuo culicem contrivit et serpentem interemit ac sepulcrum

46 (*K*, *primum* adaltum *deinde* *corr.* in adultum *C*), cuius exitium sub nomine daphnidis deflet.

51 puer adhuc in Balistam ludi magistrum ob infamiam latrociniorum (*C*, latrociniorum *K*) lapidibus coopertum distichon fecit (*C*, distichon fecit *om.* *K*)

‘monte sub hoc lapidum tegitur Balista sepultus;
 nocte die tutum carpe viator iter.’

57 fecit et culicem cum esset annorum XVI cuius materia est: pastor cum fatigatus aestu obdormisset et serpens ad eum reperet (*C*, repperet *K*), culex provolavit et aculeo tempora fixit; at ille culicem atritum (? *CK* male leguntur) et serpentem interemit et sepulchrum culicis statuit et disti-